Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Nunc iudicium est mundi nunc princeps hui
mundi eiicietur foras Et ego si exaltatus fuero a terra
omnia traham ad me ipsum Hoc autem dicebat signi
ficans qua morte esset moriturus Respondit ei
ba. Nos audiuimus ex lege quia xpc manet in eternum.
Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis
Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis ihc Adhuc mo
dicum lumen in uobis est. Ambulate dum lucem
habetis ut non tenebre uos comprehendant Et qui
ambulat in tenebris. nescit quo uadit Dum luce
habetis credite in lucem ut filii lucis sitis. Vig.

Beatus homo Matti apli l. l. Sapie
qui inuenit sapiam: et qui affluit prudentia
Melior est acquisitio eius negociacione argenti et
auri. primi et purissimi fructus eius preciosior est cui
tis opibus: omnia que desiderantur huic non ualent com
pari Longitudo dierum in dextera eius et in sinistra eius
diuicie et gla Uie eius uie pulchre. et omnis semite eius
pacifice Lignum uite est his qui apprehendunt illa:
et qui tenuerit eam beatus Dominus sapia fundauit terram:
stabiliuit celos prudentia Sapia illius eruperunt
abyssi et nubes rore concrescunt. S. Lucam,
Pullo t. Vidit ihc publicanum nomine leui sedente
ad theloneum: et ait illi Sequere me. Et relictis